



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlæ Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romæ, 1616

Regulæ Concionatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)



REGVLAE

CONCIONATORVM.



Sacerdotum **I**
Regulas ob-
seruent.



Regulae, quae Sacerdotibus
propositae sunt, eas sibi Con-
cionatores in primis com-
mendatas existiment; nec
minore cura, quam ceteri
obseruent.

P. 10. §. 2.

Media sibi
conferentia ad
id muneris.

2 Memores sint vocatos se esse ad redu-
cendas animas suo Creatori; quod cum sit
opus omnium difficillimum, summo studio
media illa adhibeant, quae instrumentum
cum Deo coniungunt: eiusmodi sunt solidae
virtutes, ac praecipue caritas, pura inten-
tio Diuini seruitii, familiaritas cum Deo in-
spiritualibus deuotionis exercitiis, & zelus
sincerus animarum ad gloriam Diuinæ Ma-
iestatis.

P. 7. c. 4. §. 2.

3 Enitantur cum Dei gratia esse ceteris
exem-

exemplo; vt non minus vita, quam doctrina, ad omnem virtutem proximos alliciant.

4 Lectioni sacrae Scripturae, ac Patrum praecipue incumbant. conferet etiam peculiari studio vidisse Euangelia toto anno currentia, & in eis ea, quae vsui esse possunt, adnotasse; itemque compendium fecisse explanationis rerum ad fidem, & Christianam vitam necessariorum; atque in communes locos redegisse omnia, quae ad virtutum commendationem, & peccatorum detestationem pertinent.

5 Conferet vidisse praecipiones, si quas de modo concionandi illi tradunt, qui bene hoc munus obierunt; bonos audisse Praedicatorum, & in concionibus Domi, vel in aliis locis minus frequentibus se exercuisse.

6 Optare debent, vt admoneantur, si quid in concione corrigendum videbitur ijs, qui a Superiore ad id deputati fuerint; & humili, & grato animo id accipere.

7 Ita operam suam in celebrioribus concionibus libenter impendant, vt non minus se ad docendos pueros, & alios rudes instruendos, faciles, & paratos exhibeant.

8 Si quando occasio tulerit, vt alius eodem tempore concionari velit, quantum in ipsis erit libenter cedant.

9 Ea populo proponant, quae ad captum, & vtilitatem auditorum erunt accommodata;

Sint ceteris exemplo.

P. 4. c. 8. lit. B. & F.

Sacr. Script. & Patribus vacent.

P. 4. c. 8. lit. C. Quae ad bene concionandum iuuabunt.

P. 4. c. 8. lit. C. Corrigi optent.

Parati sint ad pueros, & rudes instruendos In 1. Bul. nostri instit. & p. 5. c. 3. lit. B. & p. 7. c. 4. §. 7.

Alij volenti concionari, cedant.

P. 4. c. 8. §. 3. lit. B.

ta;

Utilitatem au-
ditorum cura
bunt.

ta; ijsque insistant, quæ ad Christianam in-
stitutionem, atque ad extirpanda vitia, & vir-
tutes inserendas valent; & à rerum subtilium
curiosa tractatione se abstineant.

Quæ cōmen-
dare debeant.
In ult. reg. li-
bri Exerc. re-
gul. 2.

Ibid. reg. 7.

10 Commendare debent Confessionis, &
Eucharistiæ frequentem usum, in bonis ope-
ribus profectum, & perseverantiam, Eccle-
siasticarum cærimoniarum obseruationem,
& cetera, quæ ad cultum Diuinum pertinent,
eamque obedientiam, quæ Principibus, &
Prælati, qui Dei in terris vices gerunt, exhi-
benda est.

Ibid. reg. 3.

Ibid. reg. 6.

Ibid. reg. 10.

11 Commendabunt etiam peculiari ra-
tione pœnitentiæ, & misericordiæ opera, san-
ctarum precum, & aliarum piarum deuotio-
num exercitia, vtilium librorum lectionem, &
bonam filiorum educationem.

Neminem in
particulari re-
prehendant.

Ibid. reg. 11.

Ibid. reg. 12.

Ibid. reg. 13.

Ibid. reg. 14.

Ibid. reg. 15.

Ibid. reg. 16.

Ibid. reg. 17.

Ibid. reg. 18.

Ibid. reg. 19.

Ibid. reg. 20.

Ibid. reg. 21.

Ibid. reg. 22.

Ibid. reg. 23.

Ibid. reg. 24.

Ibid. reg. 25.

Ibid. reg. 26.

Ibid. reg. 27.

Ibid. reg. 28.

Ibid. reg. 29.

Ibid. reg. 30.

Ibid. reg. 31.

Ibid. reg. 32.

Ibid. reg. 33.

Ibid. reg. 34.

Ibid. reg. 35.

Ibid. reg. 36.

Ibid. reg. 37.

Ibid. reg. 38.

Ibid. reg. 39.

Ibid. reg. 40.

12 Cum experientia doceat, & sanctæ
memoriæ Pater Ignatius scriptum relique-
rit, nihil utilitatis percipi ex ijs concioni-
bus, in quibus Principes, & Magistratus
Reipublicæ, Prælati, & alij Ecclesiastici in-
particulari reprehenduntur; Concionatores
nostri ab huiusmodi reprehensionibus absti-
neant.

Nec tacite

religiosos, &c.

P. 3. c. 1. lit. S.

Ibid. reg. 11.

Ibid. reg. 12.

Ibid. reg. 13.

Ibid. reg. 14.

Ibid. reg. 15.

Ibid. reg. 16.

Ibid. reg. 17.

Ibid. reg. 18.

Ibid. reg. 19.

Ibid. reg. 20.

Ibid. reg. 21.

Ibid. reg. 22.

Ibid. reg. 23.

Ibid. reg. 24.

Ibid. reg. 25.

Ibid. reg. 26.

Ibid. reg. 27.

Ibid. reg. 28.

Ibid. reg. 29.

Ibid. reg. 30.

13 Caueant, ne Religiosos aliorum or-
dinum, quos reuereri, & obseruare debent,
etiã tacite videantur reprehendere. & quam-
uis nostros ad maiores in virtute progressus
excitare possint, præsertim in domesticis ex-
horta-

hortationibus, reprehensionem tamen al-
cuius particularis, vel ipsius Societatis ne at-
tingant.

14 Ne rumoribus populi moueantur, vt A dubijs, &
noua, & parum confirmata in publicum af- inccctis absti-
ferant; & multo minus ea populo proponant, neant.

15 Curent, vt rationem, & modum, Modus res
quem obseruare debent in rebus populo de- denunciandi,
nunciandis, & certis pauperibus, alijsque &c.
pijs operibus commendandis, à Superiore
accipiant.

16 Caueant omnino, ne facetijs, aut inu- Facetias, &
tilium rerum narratione concionem contem- inutilia fugiāt
ptibilem faciant, ijsve Auditores ad risum
moueant; vel contra, vt ad fletum excitent,
spectanda aliqua populo proponant, à com-
muni in Societate concionandi consuetudine
aliena, nisi in aliquo peculiari casu ad com-
munem adificationem pertinere Superior,
pro ratione loci, iudicaret.

17 Ea, quæ dicturi sunt, diligenti præ- Dicenda præ-
meditatione, & peculiari ad Deum recur- meditabūtur.
su (quatenus per tempus licebit) paranda
erunt.

18 Caueant arrogantiam, & ostentatio- Arrogantiam
nem in concione; humilitatemque, cui ex in- & ostentatio-
timo cordis affectu studere debent, in omni- nem fugiant.
actione præ se ferant. quod si aliquid pro se,
aut Societate cogantur respondere, ea mode-
stia

stia satisfaciant, vt causam Christi, non suam agere videantur.

P.4.c.8.5 3.

Motus animo-
rum præcipue
spectandus.

19 Modus concionandi, qui à scholastico diuersus esse debet, ita sit ad docendum comparatus, vt ad animorum motum præcipue dirigatur. cumque quæstio aliqua earum, quæ ad fidem, aut mores pertinent, modo aliquo tractanda erit, non ita exacte proponantur argumenta, quibus contraria pars confirmatur (nisi auditorium id postulet) vt simplices ipso proponendi modo offendi possint; sed eo pacto res exponatur, vt illi ex data explicatione solutionem eorum, quæ sibi in mentem venerint, aut ab alijs audiuerint, facile colligant.

Verborum lenocinia fugiant.

20 Ne sint affectati, aut verborum lenocinia sectentur; nec studio politioris sermonis eos libros habeant familiares, ex quorum lectione detrimentum in spiritu accipiant, & seculare aliquid redoleant.

Ab exaggerationibus abstinere.

21 In laudibus, & reprehensionibus à nimijs exaggerationibus, & ab omni specie adulationis abstineant.

Modestia vocis, & gestus.

22 Gestus corporis sit modestus, & in quo grauitas quædam religiosa præcipue eluceat; vocemque accomodent ad res, quas tractabunt: proinde eam, vbi non est opus, ne præter modum extollant, aut deprimant.

Horæ spatiū ne excedant.

23 In concionibus, & lectionibus templi, spatium horæ ne excedant.

24 Qui in loca etiam remotiora Con- Dec. 75. §. 7.
cionaturi mittuntur, præter equum suum, Cong. 7.
& Socij, tertium pro sarcinis ne addant.
Cumque extra Collegia concionantur, vi-
ctum potius, quam pecuniam pro victu ac-
cipiant, idque apud Ecclesiasticum, vel
alium honestum ciuem, vel con-
uenienti aliquo Religiosis lo-
co. Sit vero victus te-
nui, & parcus vt
Religiosos
de-
cet. Viaticum porro non nisi
necessarium pro solo
itinere admit-
tant.



O R E-